



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XX. Qvomodo Domino Protegente ictum securis euaserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

& Episcopo, cuius meritis hoc munus adscribebant, plusquam absumere cum suis omnibus posset, apportant.

*QUOMODO DOMINO PRO-
tegente iētum securis euaserit.*

XX.



ERVVM tam lætis euentibus temptatio non defuit. Nam cum delendis & extirpandis fanis Idolorum & sacris diligentius instaret Episcopus, nucis arborem mirandæ pulchritudinis Idolo dicatam, ne scandalo esset rudibus, volebat incidere. Vicini autem, qui umbra eius & amenitate sæpe delictati fuerant, ne incideret eam, rogabant. Porro agri possessor vehementius irasci atq; indignari cœpit, aliiq; modeste agentibus, hic minis & clamoribus longius assistens furorem cordis euomuit. Itaq; quasi paululum furore sopito, silentio à tergo accedit nulloq; sperante securim bellicam utriusq; manibus leuans caput Episcopi ferire visus est. Sed illo præsentiente atq; in aliam partem ruente, bipennis casto vulnere in trabem pontis, iuxta quem stabat, perlata est, tam foriter, vt à feriente reduci non posset. Accurrūt omnes, comprehendunt, trahūt, scindunt infelitem illum, & nisi per interuentum Episcopi, eadem securus trucidassent.

*DE SACERDOTE IDOLO-
rum Episcopum persequente, para-
lysi percusso & mortuo.*

XXI.



TTONE sic à periculo liberato, percussore suo de manibus percutientum saluato, ALBERTVS presbyter ad TEVTONICAS se partes

ver-